

9° *Lunationes singulorum mensium. In superiore margine eiusdem folii 157.*

Luna Januarii in media nocte — inter vesperam et mediam noctem accenditur.

10° *Sequentia de s. Catherina. Fol. 157'.*

Sanctissimae virginis votiva festa recolamus . . . *Daniel, Thesaur. 2, 197. num. CXCIX.*

11° *Capita aliquot decretalium Gregorii IX.*

Omnis utriusque . . . *c. 12. V, 38. Ut laici . . . c. 1. III, 1. Si quis ex clericis . . . c. 4. III, 1. Clerici neque comam . . . c. 5. III, 1. Clericus si tonsura . . . c. 6. III, 1. Inhibendum est . . . c. 1. III, 2. Si quisquam sacerdotum . . . c. 2. III, 2.*

*Quae loco 5° et seqq. enumerantur, saeculo XIV. scripta esse videntur.*

---

## CODEX 46.

*Foliorum 389, 267 : 195 mm., lineis plenis, rubricatus et rubris initialibus litteris distinctus, nitidissimo caractere exaratus saeculo XII. sub b. Frowino abbate, quod probant versus sequentes fol. 1 :*

Has Frouwin cartas electo dogmate fartas  
Fecit conscribi. Fac bene Christe sibi.

*Foliis 52. 176. 183. 200. et 385. addita sunt supplementa, folia sc. minoris formae.*

1° *Frowinus, abbas Engelbergensis († 1178). De laude liberi arbitrii libri septem.*

*Fol. 1. praemittuntur hi versus :*

Omnia terminat, omnia format et ordinat unus.  
Ordo, modus, species penitus fluit omnis ab uno.  
Vive(re) distribuit deus omnibus, esse, moveri.  
Si negat id, nihil est, nil vivit nilque movetur.  
Vita, salus, intellectus, lux, mentio, sensus,  
Virtus, tranquillum, mensura, potentia, pulchrum,  
Copia, pax, suave, species, modus ordoque quisque  
A domino manat, manet et meat, ut iubet ipse,  
Ex quo, per quem sunt, in quo sunt omnia facta.

*Fol. 1'.* Praefatiuncula sequentis operis. (*rubr.*) Desiderio tuo, Frater Adelberte, morem gerere curavi — cuius ut scribere vellem, fecit dei caritas. *Eodem folio incipiunt capitula singulorum librorum.*

*Fol. 9.* Incipit opusculi Frowini abbatis in monte angelorum de laude liberi arbitrii liber primus. (*rubr.*) Liberum igitur arbitrium est rationalis voluntas — nonnullas potuit inveniri levatio. Explicit liber septimus qui est ultimus Frowini abbatis de monte angelorum de laude liberi arbitrii feliciter.

Codex scribentem finitus fecit ovantem,  
Is quoque laetatur, in eo bene qui meditatur.

*Praefationem et capitum titulos edidit Mabillon, Annal. Bened. tom. VI. Append. pag. 657 sqq. (Lutetiae Paris. 1739.) P. L. 179, 1801—1812. De b. Frowino abb. cfr. cod. 5. in fine.*

2° *Hexametri leonini 51 enumerantes nomina volucrum, ferarum et lignorum campestrium cum glossis germanicis. Fol. 389'.*

*V. 1.* Hic volucres coeli referam sermone fideli:

habich. spareware. falcho. forch. specht.

*V. 2.* Accipiter, nisus, capus atque ciconia, picus.

*V. 51.* Fiscum postremo, quod crescit in arbore, pono.

*Cfr. Tabb. codd. Vindob. 3213, 6.*

## CODEX 47. olim signatus 2/28.

*Foliorum 135, 280 : 204 mm., cum parvo supplemento ad folium 33., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub b. Frowino abbate, quod indicant hi versus fol. 1:*

Qui fuit hic rector, fuit huius codicis auctor,  
Frouwin, ob quod ei sit favor, opto, dei.

*Praeter titulos rubricatos et initiales litteras minio signatas hic codex non nisi paucis maioribus litteris Frowinianis decoratus est. Folio 1' conspicitur effigies Ven. Bedae presb. variis coloribus confecta.*

Omiliae lectionum sancti evangelii Venerabilis Bedae presbiteri numero quinquaginta in duas partes distributae.

*Utramque partem elenchus homiliarum praecedit.*